



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Medicina Cælo petita. 58

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

ab ultima pueritia, sciens nesci-  
ensque traxisset; atque ab earum  
detestatione, ad benè sperandū  
erectus; caussam omnem, Deo  
Deique parenti commendat.ad.  
dito etiam; si in eo Dei gloria  
verteretur, ut ipse pro meritis pe-  
nas quantascumque penderet,  
voluntati tam iustæ, nullis que-  
relis intercessurum.

L V I I I . Medicina cælo petita

I Nterea adesse medici, & ægro-  
pharmacæ: quæque alia tem-  
pus monebit, properare. Ea om-  
nia tametsi insuauia & aduersa,  
refugiente sensu fortiter perhau-  
riebat, nulla in re, quam impe-  
rassent, morosus: nisi quod se-  
mel sibi credidit impunè esse, ut  
medici placita dieculam vnam  
differret. Id ob huiusmodi caus-

am

sam accidit. Calendis Quintili-  
bus datum negotium fuerat, ut  
die postero ( quem à B. Virgine  
ad Elisabetham prouisente fe-  
stum habemus ) medicati sapo-  
ris poculum hauriret. Dissimu-  
lauit æger in præsentia, quid cō-  
silijs versaret ; at digressis, quos  
oportuit, cras alio, inquit, cum  
medico mihi, aliisque medica-  
mento, res erit. neque enim cō-  
mittam, ut die craftini, probrum  
hoc parthenio nomini concisca-  
tur ; quo clienti & alumno ma-  
gnæ Virginis exprobretur, tam  
festa luce maiorem corporis,  
quam animi gessisse curā. Cras  
Eucharisticum mihi nectar fa-  
ciet medicinam : nec passus dein-  
de est, ab ea se sententia dimo-  
ueri : cum præfidi aliisque ea ra-  
tionum momenta caußæque sua

F 2. præ-

præsidia adduxisset, ut vieti manus dederint; & medicorum præscripta, post ægri consilia putauerint habenda. Ita res cōperendinata, spatium ægro dedit, sui colligendi & hospiti venturo locum apparandi. Quod sanè diligentèr, ac nauiter fecit; diu mente oculisque cælo intensis, & infracta voce cum Deo colloquens; abstracto à præsentibus sensu: usque adeò, ut qui vivendi caussa ingressi fuerant, in obseruati ab ægro diu neglecti que circumstarent: Quos longo post intervallo, veluti peregrè de via reuersus, intueri, suavitèque salutatos, ad pia cæpit colloquia inuitare: tum rursus, ut opportunum fuit, actis comiter gratijs, viuum quemque à se dimittere.